

Publ. 15. numm 17.

2

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**JURE DETRACTVS**  
SPECIATIM  
**WIRTEMBERGICO** 1773.

QVAM

*SUVANTE DEO*  
*RECTOR E*

VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINAE  
*MAGNIFICENTISSIMO,*  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO,

DOMINO

**C A R O L O**

DUCE WIRTEMBERGIÆ AC TECCIAE rel. rel.  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVTORITATE

P RÆS I D E

**EBERH. CHRISTOPHORO CANZ,**

PHILOSOPH. ET JVR. VTRIVSQVE DOCTORE, HVJSQVE PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO, SERENISSIMI CONSILIARIO,  
PATRONO ET PRÆCEPTORE SVO PIE DEVENERANDO

PRO GRADV DOCTORIS

DIE XXXI. MART. MDCCCLXXXIII.


PVBLINE TVEBITVR

AUTOR

**CAROLVS FRIDERICVS ERBE,** Neostadiensis,  
LIBERALIVM ARTIVM, AC PHILOSOPHIAE MAGISTER.

TVBINGÆ, LITTERIS SIGMVNDIANIS.







DE  
JURE DETRACTUS SPECIATIM WIR.  
TEMBERGICO.

§. I.

INTROITVS.

Jus detractus, nullo licet jure universalis introuctum,  
in omni tamen tantum non Germania obtinet agro.  
Uti enim Juri nec Romano, nec Canonicā suam  
debet originem; ita ex particularibus cuiusque lo-  
ci legibus & consuetudinibus, illius unice addiscen-  
da ac dijudicanda est natura. Cum vero hæc varia sit pro-  
diversitate locorum, neque unquam a loco ad locum, quan-  
quam proxime adjacentem ullum argumentum ducere liceat;  
penitior singulorum, eo pertinentium, statutorum cognitio  
eximia prorsus sua se commendat utilitate. Neque proinde

A 2

speci-

specimine hoc meo Academicо indignum arbitratus sum, si in jus detractus, quod in Wirtembergia viget, curatius inquirerem, illius naturam ex ipsis legibus Wirtembergicis, atque observantia ibi recepta derivarem, ac insignia, quae prostant, singularia publici juris facerem, ipsi juri Germanico privato nonnihil lucis affudentia.

a) THOMASII *Diff. de jure detractionis ad Ordinat. Polit. Ducat.*  
*Magdeb. cap. 56. Hal. 1709. §. II — VII.*

## §. II.

### JVRIS DETRACTVS DEFINITIO, DIVISIO, JV RISQVE IN WIRTEMBERGIA VSVS.

Jus detractus, quod in parte bonorum in aliud territorium exportandorum fisco Principis inferenda ILL. SELCHOVIVS a) ponit; duplicitis generis esse, vel ex ipsis liquet imperii legibus. b) Prout enim illud vel adversus cives ac subditos, alio discedentes, vel adversus peregrinos, heredis alio-  
ve titulo facultates e territorio quodam repetentes exercetur, ita & vel jus emigrationis, *Nacksteuer*, *Nachschoß*, vel jus detractus in specie, *Abzug*, *Abschoß*, *Abschied*, c) audit. Vtius divisionis hujus in Wirtembergia est maximus, cum vi transactionis Tübingeris d. a. 1514. in recessu provinciali, d. XI, Mart. 1520. versu: *Zum Sechzehenden*, ac pluribus in sequentibus diserte repetitæ, jus liberrimum emigrandi omnibus subditis, sive liberi fuerint, sive homines proprii, absque ulla gabellæ præstatione concessum sit, d) atque ideo non nisi jus detractus in specie in hereditatibus, peregrinis quoconque modo delatis, locum habeat. e)

a) in *Elem. Jur. Germ. priv.* §. 223. p. 308.

b) Rel.

- b) *Rec. Imp. d. a. 1594.* §. 82. ubi in verbis: *auch gewöhnlich her-gebrachter Nachsteuer, Abzug, jus emigrationis, & jus detractio-nis in specie probe a se invicem discernuntur.*
- c) *ILLVSTR. WALCH. vermischt Beyträge zum teutschen Recht.*  
P. I. p. 178.
- d) *Ordin. Provinc. Wirtemb. tit. 2. §. 7. & tit. 4. §. 2. 3. HOCH-STETT. Extract Herz. General-Rescripte,* P. I. p. 115. & P. II. p. 54. *CHRISTIAN FERD. HARPPRECHT* Diss. de jure subditorum emigrandi restricto. Tub. 1755. §. 14. seqq. ubi fusius de li-bertate emigrandi subditorum Wirtemb. actum est.
- e) *Ordin. Provinc. Wirt. tit. 4. §. 5.*

### §. III.

#### JVRIS DETRACTVS AEQUITAS.

Utut autem jus detractus in peregrinorum odium a) introductum esse videatur, non tamen omni destituitur æqui-tate. Si enim taceam, quod veterum Romanorum vicesima, Gallorum jus Albinagii pari passu cum nostro jure detractus ambulent, neque unquam jura, quæ aliis gentibus justa sunt, Germanis injusta dici possint, vel ipsæ jam supremæ politiæ id suadent regulæ. Quemadmodum namque Principis cura non postrema hæc esse debet, ut bona, quæ in territorio suo parta sunt, ibi remaneant; ita ex altera parte etiam ipsi incumbit quam maxime, ut reipublicæ damnum resarcien-dum, & compensandum curet, quod non potest non ex trans-latione bonorum extra territorium in illam redundare, cum isto paecto nexui publico bona illa subducantur, nec sine ma-gno illius detrimento quantitas tributorum solvendorum mi-nuatur. b) Hoc ipsum agnovit Imp. Maximilianus I. in privile-

privilegio civitati Kemptæ dato, ubi confirmando huic jus detractus, sequentibus, ac, quæ heic adponantur, dignissimis verbis usus, statuit: « daß solches Abzugs-Geld zur Er- gönlichkeit des Abzugs und Nachtheils, so dadurch an der jehr- lichen Steuer beschichtet, dienen solle. » c)

- a) de quo veterum in peregrinos odio testantur jus WILDFANGIA-  
TUS, jus littoris, ALBINAGIN, & alia partim, licet sub aliis modi-  
ficationibus ad hodiernum usque diem usitata jura.
- b) Ill. de SELCHOV. in Elem. J. Germ. §. 223. & scriptores ibi ia-  
n. 3. allegati. LUDEWIGS Hallische Gelehrte Anzeigen, P. I.  
LXV. Stück. p. 196.
- c) CRAMERS Wezler. Nebenst. P. VI. n. 1. Ob, und wie ferne das Ab-  
zugs-Geld, wann es in einem Ort, oder Land bis daher nicht ein-  
geführt, noch erhoben worden, per novum Statutum eingeführet  
werden könne? p. 3.

#### §. IV.

##### FUNDAMENTUM JURIS DETRACTUS.

Fundamentum Juris detractus in decisione earum potis-  
simum litium utramque facit paginam, quæ haud ita raro a)  
super censu detractionis inter fisum principis, ac Magistra-  
tus superiori jurisdictione gaudentes oriuntur, utpote cum  
quibus in multis Germania locis aliqua fisci communicata ju-  
ra sunt. Neque defuerunt proinde JCti, qui, prout in qui-  
busdam locis a Principe, in aliis a Magistratibus detraetum  
exercere viderunt, mox superioritatem territorialem, mox  
jurisdictionem pro fundamento illius venditarunt, atque quam  
acerrime defenderunt. b) Utut vero hæc sint, ab utraque  
tamen sententia ipsæ Imperii recedunt leges, nihil minus, quam uni-

7

universaliter detractum permittentes. Cum enim ad ea tan-  
tum illum restringant loca, ubi legitime receptus probari pot-  
est; derivari certe, nequit unice ex superioritate territoriali,  
sed potissimum, quod in dijudicando eo sequi licet, fundamen-  
tum Germaniæ sunt mores, c) qui, uti teste GAILIO, in *Obs.*  
*L. II. O. 36, n. 9.* & multis aliis scriptoribus d) per universam  
fere Germaniam, ita & in specie in Wirtembergia recepti  
sunt. Ita enim *Ord. Prov. Wirt. in Tit. IV. §. 5.* „Wo  
aber eine Obrigkeit von den Unsern Abzug einzeucht, —, so  
sollen ihre Unterthanen von den Erbschaften, die sie unter un-  
serer Obrigkeit emphaben, Uns den Abzug des zehenden Pfen-  
nings zu geben auch schuldig seyn, und von Unsern Rent-Cam-  
mer-Räthen, daran nichts nachgelassen, und also in der Gleichheit  
gehalten werden.“ e)

- a) Exemplum hic allegat. *Leys. in sp. 429. m. i — 3.*
- b) SCHROETER. *Diss. de gabella detractionis & emigrationis. Gen.*  
*1678. §. XI.*
- c) Rec. Imp. d. a. 1555. §. 24. „denn soll solcher Ab- und Zuzug auch  
Verkaufung ihrer Haab und Güter, gegen zimlichen billigen Ab-  
trag der Leibeigenschaft, und Nachsteuer, wie es jedes Orts von  
Alters anhero üblich hergebracht, und gehalten worden ist, zuge-  
lassen und bewilligt seyn“ *Gc. R. I. da a. 1594. §. 83.* „auch ge-  
wöhnlicher hergebrachter Nachsteuer, Abzug“, BERG. *Oecon. Jur.*  
*L. 1. t. 2. §. 18. n. 1.* KEMMER. *Access. Institut. L. 1. f. 4. t. 43.*  
*§. 3. Illuſtr. EISENARD Erzählungen von besondern Rechts-Han-*  
*deln. P. II. n. 5.*
- d) THOMAS. *I. cit. §. 5.*
- e) Qui passus Ord. Prov. Wirt. egregie firmat sententiam B. Peril-  
lustr. Dni a CRAMER, justitiam simul & æquitatem juris detractus  
ab æqualitate inter æquales servanda repetantis, in den Wezlar. Ne-  
benstunden dict. P. VI. n. 1.

## §. V.



---

### §. V.

JUS DETRACTUS HABENT PRINCIPES, NON MAGISTRATUS MUNICIPALES, NISI EX PRIVILEGIIS, AUT PRÆSCRIPTIONE IMMORALI, UTI CIVITAS HEIDENHEIMENSIS.

Jus detractum introducendi uti a sola dependet potestate legislatoria a); ita jus etiam detractus non Magistratus municipalibus, quippe qui ipsis legibus subsunt, sed Principibus tantum, aut iis vindicari potest, qui superioritate gaudent territoriali. Cum autem huic simul & jus privilegia concedendi insit, non raro videre est, quod Magistratus municipales, vel per modum privilegii, vel ex præscriptione immemoriali gabellam detractus jure exigant proprio. Præclarissimum hac de re exemplum exhibet nobis Civitas Heidenheimensis, quæ salvo tamen detractus jure Cameræ Ducali in hereditatibus extraneis delatis competente, ex præscriptione immemoriali jus sibi detractus acquisivit, illo adhuc plenius. Deducit enim illa non ex bonis tantum hereditariis extra Civitatem transportandis gabellam detractionis, sed & contra omnem juris Wirtembergici analogiam, ex Civium emigrantium bonis censum emigrationis, ita, ut nulla habeatur ratio, an bona, quæ vel a civibus discedentibus; vel ab extraneis hereditibus exportantur, transferantur extra territorium, an vero in territorio, imo & in ipsis pagis, jurisdictioni Civitatis subjectis, remaneant, exceptis modo monasterio Herbrechtingensi, & pago Gerstetteni: En! ipsum extraetatum catastri Heidenheimensis; Heidenheimer Käffnerey Lagerbuchs; d. a. 1690. „was aber die Stadt Heidenheim anlangt, so ist ein jeder Burger, welcher außer dem Burger-Recht zu Heidenheim hinweg, in oder außerhalb der Herrschaft, ausgenommen gen Gerstetten und Herbrech-

9

brechtlingen, ziehen, oder etwas hinaus erben thut, der Stadt den zehenden Pfennig zu geben schuldig, also vor Alters, und unfürdenklichen Jahren aljo herkommen, und ohne Eintrag männiglichcs also gehalten und eingezogen worden. Die Heurath-Güter aber werden hierinnen befreyt, und ausgenommen, und wird von selbigen kein Abzug gegeben.

a) CRAM. Wezlar. Nebenstunden loco cit. §. 7.

### §. VI.

#### CIVITAS TUTTLINGENSIS IDEM JUS DE- TRACTUS HABET.

Eodem fere jure cum civitate Heidenheimensi gaudet Tuttlinga, quæ, licet censi emigrationis destituta sit, tamen ex bonis hereditariis extra Civitatem, illiusque præfecturam transferendis loco gabellæ detractus vicesimam (*von zwanzig ein Pfund*) detrahit. Et praxis quidem ibi recepta non sine omni aequitate nihil facit discriminis, an hereditas talis de-lata sit subdito Wirtembergico, alii civitati adscripto, an vero extraneo, cum ratio introducti detractus in utroque æqualiter procedat casu. Neque vero & hoc Civitatis Tuttlingen-sis jus detractus præjudicat Cameræ Ducali intuitu hereditatum extraneis delatarum, vi ipsius catastri Tuttlingensis, Tuttlinger Kellerey-Lagerbuchs, ita habentis: „Zu Tuttlingen in der Stadt und Amt wird von der Herrschaft Wirtemberg wegen der Freyzug gehalten, und von demjenigen, was die auf-serhalb Lands gesessenen hinaus vererben und bringen, der Ab-zug gegeben, und genommen, inmassen der Land-Tags-Abschied vom Jahr Ein tausend fünf hundert, Sechzig und fünf, und die Hochfürstliche Wirtembergische Landes-Ordnung ausweisen,

B

Aber



Aber die von Tuttlingen haben je und allwegen, und noch einen Abzug gehabt, und neben der Herrschaft Abzug folgender Massen genommen. Welcher ein Gut, oder ein Erb aus der Stadt zeucht, nehmt, oder gibts, es sey an Geld, oder Geldswert, der gibt der Stadt zu Abzug je von zwanzig Pfundt Hellern Ein Pfund Heller laut des Stadt-Buchs.

### §. VII.

#### REDITUS EX DETRACTIONE PERTINENT AD FISCUM.

Controversa olim inter JCtos fuit quæstio, an redditus ex detractu redundantes ad fiscum Principis an vero ad ærarium publicum pertineant? sed salva jam res est, cum ex communi Ddru Juris publici sententia non nisi Regalibus minoribus a) accenteri debeant, quæ per omnem tantum non Germaniam Principis applicantur fisco. Ea enim reddituum est ratio, ut perpetui identidem ærario, extraordinarii vero, quales ex detractu provenientes sunt, fisco adsignentur. Hinc ipsa etiam Praxis hodienum recepta testatur, quod fere ubique in Germania gabella detractus fisci cedat commodis quam & in specie Wirtembergia sequitur vi Ord. Prov. Wirt. Tit. IV. §. 5. ubi detractus ad Cameræ Ducalis redditus (*Rent-Cammer*) refertur.

a) ILLVSTR. PÜTTER in Inst. jur. publ. German. edit. 1770. L. VII.  
C. V. §. 954.

### §. VIII.



§. VIII.

MODUS IN WIRTEMBERGIA IN DETRACTIO-  
NE GABELLAE OBSERVANDVS.

Cum vero facile evenire possit, ut hereditates extraneis delatae ad Camerae Ducalis notitiam non perveniant; atque inde ipsius redditibus prejudicium inferatur; vi novell. Constit. d. 24. Jul. 1620. n. 2. a) prospectum est, ut quævis hereditatis divisio officialibus Camerae (denen Beamten) sub pena X. florenorum denuntietur. Quamvis autem his isto patto non possit non constare, quid heredis aut legatarii titulo extraneo relictum sit, & quanta inde gabella Camerae Ducali debeatur; expresse tamen prohibita ipsis est deductio gabellæ, b) sed tenetur potius illi relationem suam in omnibus detractus causis ad Cameram Ducalem facere, quæ quantitatem deinde gabellæ detrahendæ rescribit, cognitione tamen super illis, uti in aliis justitiae causis, Consilio Regiminis relictæ.

a) in Append. Ord. Prov. Wirt. p.

b) Refer. gen. d. 19. Jan. & 9. Apr. 1702. d. 29. Jun. 1648. HOCH-  
STETT. Extraff. Refer. Ducalium p. 115. sq. „Was aber den Ab-  
zug — als sollen die Beamten — einigen Abzug oder Nachsteuer  
weder nachsehen, noch auch von jemand vor sich selbst einziehen,  
sondern alle dergleichen zutragende Fälle mit guten Umständen zu  
Fürstlicher Rent-Cammer berichten, und Bescheids erwarten &c.

§. IX.

QVANTITAS GABELLAE IN WIRTEMBERGIA  
EST DECIMA PARS, NISI CONVENTIO-  
NES PARTICVLARES OBSTENT.

Quantitas gabellæ pro diversitate locorum tam varia est,

B 2

ut



ut in aliquibus locis centesima, in aliis quinquagesima, alibi vicesima, alibi decima quinta aut duodecima, imo interdum & quarta aut tertia pars loco illius solvatur. In Wirtembergia vero uti in plerisque locis decima pro illa adoptata pars est, adeo, ut sine ullo discrimine ab omni extraneis delata hereditate eam exigere jubeat Legislator, a) nisi vel jus retorsionis, vel conventiones speciales aliud velint. Quemadmodum autem in hisce ineundis paratissimam se subinde præbuit Wirtembergia, b) ita multa tam cum diversis statibus imperii, quam & cum immediatis nobilibus prostant pœta, quibus gabella vel in totum remissa, vel ita restricta fuit, ut ab uno floreno tres tantum crucigeri illius loco exigerentur. Pleniorum singulorum horum pœtorum enumerationem exhibet Rescr. Gen. d. 13. Maii. 1551. quod & ideo dissertationi nostræ appendicis loco adponere eo satius duximus, cum in decidendis detractus Wirtembergici causis non possit non omne ferre punctum.

a) *Ord. Prov. Wirt. t. IV. §. 5.*

b) *Ord. eadem l. c. §. 4.*

### §. X.

#### A QUONAM TEMPORE GABELLA DEBEATUR?

Tempus, a quo detrahendæ gabellæ jus fisco competit, est ipsum delatæ hereditatis momentum, ita, ut ne is quidem ab illa immunis fiat, qui statim post aditam hereditatem jus sibi civitatis in domicilio defuncti acquisivit. Nec igitur dubitari potest, quin gabella debeatur & solvenda sit ante, quam bona exportentur, modo iis non imputentur debita defuncti. Bona enim non intelliguntur nisi deducendo ære alieno, l. 39. § 1. de V. S. l. 11. de i. fisc. Ne vero fiscus ex illorum exportatione suo privetur

vetur jure, cautum est in Legibus Imperii, quod impositio arresti, quam & Wirtembergia jubet in Refcr. Gen. dd. 29. Jun. 1648. apud HOCHST. in Extr. Refcr. Ducal. P. I. p. 116. tamdiu in rebus hereditariis licita sit, donec de gabella factum fuerit. Rec. Imp. d. a. 1594. §. 83. und so viel — mol- len mir, daß die Constitutio arrestorum — ad licita de jure permissa arresta, welche ratione contractus confessati, rei ju- dicatæ, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, pri- vilegii, auch gewöhnlich hergebrachter Nachsteuer, Abzugs, recktnäsig erlangten, und gewöhnlichen Zolls halben sich zu- tragen möchten, nicht zu extendiren seyn &c.

### §. XI.

#### BONA, QUÆ GABELLÆ SUBSUNT.

Bona, de quibus gabella hæc detrahitur, sunt omnia illa, quæ titulo hereditario defunctus extraneo reliquit, sive sint corporalia, sive incorporalia, mobilia, aut immobilia, dummodo in ipso defuncti extent domicilio. Si enim sita sunt extra hoc, alia est ratio bonorum mobilium, alia im- mobilium. Subsunt videlicet detractui mobilia in loco do- micilii defuncti, licet & alibi, quam in illo, reperiantur, cum juris aestimatione personam domini sui ita sequantur, ipsius que ossibus ita adhærent, ut in loco domicilii, non vero ubi temporis gratia translata sunt, civiliter existere videantur. l. 32. de pignor. De immobilibus autem solvi gabella debet, non in loco domicilii defuncti, sed in loco, ubi sita sunt, cum hujus tangentem jurisdictioni subjaceant, l. 1. 2. 3. C. ubi in rem actio. neque jura domicilii ultra ejusdem territorii ex- tendere se possint limites. l. ult. de jurisd.

### B 3

#### §. XII.



§. XII.

ÆSTIMATIO BONORUM QUO MODO PRÆ-  
SERTIM IN WIRTEMBERGIA INSTI-  
TUENDA SIT?

Quemadmodum autem computatio quantitatis gabellæ curata esse nequit, nisi de vero bonorum exportandorum pretio constet; ita legitima & eorum eo magis necessaria videtur æstimatio, cum mobilia præfertim pretiosiora, haud raro actu exportentur, imo & verum rerum venditarum pretium facile reticeri possit. Ne igitur fiscus illo circumveniatur modo, ne & ipsi heredes extranei aliquod sentiant præjudicium, tutissimum & optimum judicavit LEYSERVUS a) si editio documentorum super rebus hereditariis confectionetur, & ex earum ibi determinato pretio ipsa quantitas gabellæ definitur, cum recte hæc subinde decernatur, si ad verum indagandum reputetur necessaria. Idem observatur & in Wirtembergia, cum computatio decimæ detractus ex pretio, e venditis bonis hereditariis redacto, disertis prohibetur verbis, & pro tunica illius norma æstimatio rerum hereditiarum a judicio tutelari, (*Waysen-Gericht*) facta agnoscatur. Rescript. ad Præfectum Uracens. dd. 8. Febr. 1687.

a) LEYS. sp. 432. m. 1. 2. ubi & alios assimandorum bonorum hereditariorum modos, eorumque commoda & incommoda explicat.

§. XIII.



## §. XIII.

DE LEGATIS SOLVITUR GABELLA, NON VERO  
DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

Quæ de omnibus bonis hereditariis debetur, gabella etiam a legatario de re legata sibi relicta ex communi ddrum solvi debet sententia, cum non ipse tantum solus emolumenta inde percipiat, arg. l. 10. de R. J. sed cum rei etiam legatae dominio simul omnia in eum transire onera censeantur, nisi de contraria testatoris voluntate constet. Majori vero difficultati altera obnoxia videtur quæstio: an donationes mortis causa gabella præstationi subsint? cum ipse textus Institution. in §. 1. de donat: eas per omnia fere legatis connumeret, & ipsa introducti in legatis detraetus ratio ad illas quadret. Ut ut vero hæc sint, tamen a legatis ad mortis causa donationes nulla procedere potest consequentia a). Fluunt enim hæc inter contractus & ultimas voluntates ita, ut in favorabilibus quoad effectum tantum legatis exæquatae dici possint, cum in minus favorabilibus, uti in detractus materia contraetuum potius obtineant vicem. Deinde & expedita juris regula est, quod leges correctoriæ, quales de jure detractus disponentes sunt, ab uno ad alterum casum extendi nunquam possint, sed strictissime semper sumendæ sint, licet & ipsa legis ratio generalem potius interpretationem suadeat.

a) FERD. CHRIST. HARPPRECHT in *Responsis Criminal. & Civil.*  
resp. 84. n. 62 — 65. GEORG. FRID. HARPPR. in *Conf. Tubing.*  
*Vol. VII. t. 8, n. 59. 60.*

## §. XIV.

## §. XIV.

## QUID DICENDUM SIT DE NOMINIBUS?

Occurrit plerumque hic & quæstio: an de nominibus etiam deducere liceat gabellam? cum neque bonis mobilibus neque immobiliis proprie accenseri possint, sed tertiam & peculiarem rerum speciem constituere censeantur, *l. 7. §. 4. de pecul. l. 15. §. 2. de re judic. l. 1. C. de pign. præt.* Licet autem ex precedenti §. jam constet, quod in materia detraetus non nisi restriictiva locum habeat interpretatio, tamen in Wirtembergia gabellæ nomina subesse, eo minus asserere dubitamus, cum *Ord. Prov. Wirtemb. in Tit. IV. §. 4.* in genere de hereditatibus extraneis delatis, utpote quarum & partem nomina confitunt, decimam deduci jubeat. Neque quicquam interest, an in domicilio defuncti, an extra illud existant, cum nunquam illa circumscribantur loco, sed ex persona potius creditoris astimentur, ita, ut adinstar mobilium in eo loco dicantur esse, ubi creditor suum habet domicilium *a).*

*a) GE. FRID. HARPPR. tit. L. Conf. XI. n. 40 — 51. LEYS. sp. 429.  
m. 5.*

## §. XV.

BONA DOTALIA TAM IN MATRIMONIUM, QUAM  
IN MONASTERIUM ILLATA A GABELLA  
IMMUNIA SUNT.

Ex communi tantum non ddrum sententia *a)* a gabellæ præstatione bona excipiuntur dotalia. Leges enim detraetum inducentes uti ultra casus in ipsis expressos extendi nequeunt;

nequeunt; ita & tantus in jure dotis favor est, ut alimentis ac piis causis æquiparentur, ab omni onere dubio procul exemptis. l. 31. *de condic. indebit. l. 1. soluto matrimon. &c.* Deinde nec hereditaria dotis collatio, qua mediante cum reliquis rebus hereditariis confunditur, immunitati illi quicquam derogat, cum unice illa æqualitatem inter liberos servandam intendat, neque ideo ad alium ipsi prorsus contrarium finem porrigi possit. Pari favore dignæ reputatae & dotes sunt a Ddbus b), filiabus monasterium extra territorium ingressis datae; non quidem quod ingressus in religionem matrimonium spirituale continere dicatur, sed quia dotes hæc non nisi in compensationem alimentorum perpetuorum monasteriis offeruntur, quæ juribus & privilegiis piarum causarum circa collectas, indistincte gaudent. Secus vero se habet, si statuta hujus vel illius loci particularia, bonis dotalibus immunitatem a detractu admunt. Rarissima quidem sunt; non omnibus tamen destituimur exemplis. Ita enim videtur licuit documentum monasterii Rothenfis, vi cuius inde ab antiquissimis temporibus uniformis ibi obtinuit, & adhuc obtinet consuetudo, de omnibus bonis dotalibus alio transferendis gabellam detractus deducendi, ita, ut nullum observatum discrimen sit, an in monasterium illata illa fuerint, an vero in matrimonium data?

- a) GE. FRID. HARPPRECHT *in allegg. Vol. C. XIII. n. 43. sqq. il-*  
*lustr. HOMMEL in Rapsodia quæstionum in foro obvenientium.*  
*p. 705. EISENHARD Erzählungen von besondern Rechtshändeln.*  
*P. II. n. V.*
- b) SCHOEPFF *in decision. nova XXIX. & allegg. apud ipsum Scriptores.*

## C

## §. XVI.



## §. XVI.

IN WIRTEMBERGIA EXCIPINTUR A GABEL  
LA I. BONA DOTALIA ET II. BONA EMIGRAN-  
TIUM, EX QUIBUS ALII USUMFRUCTUM  
HABENT.

Quibus in §. præc. immunitatem dotium a gabella præstatione vindicavimus, argumenta in universum etiam in Württembergia sunt approbata, cum *Rescr. Gen. dd. 28. Jul. 1683.* bona dotalia a drafctu ita liberata velit, ut ne eorum quidem collatio in hereditatibus necessaria ullo eum modo inducere possit. Eadem se ratione habent etiam bona subditorum emigrantium, in quibus ususfructus aliis concessus est, (*hinterfellige Güter*). Licet enim hic impedimento quidem sit, quo minus exportare illa liceat; tamen finito illo, rerum hereditiarum qualitate non induuntur, cum emigrantibus ante ipsorum discessum acquisita jam fuerit eorum proprietas. Atque hinc est, quod bona hæc, si pleno deferuntur jure, ab omni drafctu immunia, uti reliqua emigrantium bona, judicari debeant, cum ex supra dictis gabella emigrationis in Württembergia proflus exulet. Ita vero Rescriptum superius apud HOCHSTT. in Extraetu Rescript. Ducalium P. I. p. 116. de horum bonorum exemptione a gabella: „Nachdem auch vvegen Absforderung des Abzugs von den Heurath-Gütern —; Als ist Gnädigst resolvirt, daß, vveilen die Collatio der Kinder, nicht um empfangener Erbschaft vvilien, sondern zu anstellender Gleichheit unter denen Geschviftrigen erfodert v wird, von der gleichen hinausgenommenen Heurath-Gütern kein Abzug gefodert, sondern gleichwie andere eigenthümliche vorhin ererbte, oder auf andere Wege zugefallene Güter, die ein Kind Zeit Hinausziehens besizet, davon befreyt bleiben sollen.“

## §. XVII.



15

---

§. XVII.

OVINAM PRO EXTRANEIS PRAESERTIM IN  
WIRTEMBERGIA HABENTVR, AD SOL-  
VENDAM GABELLAM OBSTRICTIS.

Personæ, quæ gabellam solvere tenentur, sunt omnes extranei, qui *actu bona hereditaria exportant*, subducuntque oneribus territorii publicis, ubi defunctus suum habuit domicilium. Cessante enim bonorum translatione cessat ipsa etiam gabella. a) Nihil autem refert, an bona illa in alieni domini territoriorum exportentur, an vero in tale, quod ut personaliter unitum, ab eodem possidetur Principe, cum unio territoriorum personalis hæc a se invicem separata & distincta relinquit, ita, ut unumquodque propriam ac peculiarem suam constitutionem retineat, nec ad alterius onera quicquam conferat. Luculentissimo huc nobis exemplo est Wirtembergia, quæ in cives Montisbeligardenses, uti comitatus Montisbeligardæ vicissim in Wirtembergicos jus detraetus exerceat, cum unio inter hæc realis nulla sit, nec ærarium unius in oneribus alterius ferendis concurrat. Eodem sic modo gabellæ præstationi in Wirtembergia subjiciuntur illi, qui in bonis Serenissimi nostri Principis patrimonialibus fideicommisso perpetuo oneratis, (*Cammer-Schreiberey Güter*), uti v. c. in castro Liebensteinensi cum pagis sui annexis domiciliis suum habent, ac viceversa, cum redditus ex his provenientes patrimonio Principis (*der Cammer-Schreiberei*), non ærario Ducatus publico cedant. b) Exceptio tamen est in Dynastia Welzheimensi, cum vi Rescr. Gen. d. 23. Oct. 1723. inter cives Wirtembergicos & Welzheimenses detraetus vicissim cesseret.

C. 2

a) Com-

- a) Commendatur hinc plerumque a Dibus cautela, ut extranei in loco domicilii defuncti bona sua relinquant, cum hoc modo a gabellæ detractione liberentur. Leyf. sp. 431. m. 7. & sp. 452. m. 7. THOMAS in alleg. diss. §. 33. sq. Licet casus hic in Ducatu Wirtembergico rarius accidere possit, quia bona mobilia nemo facile peregrinorum in Ducatu relicturus est; quod autem adtinet ad bona immobilia, extranei & forenses hæc retinere non possunt, sed intra biennium illa subditis vendere tenentur. Ord. Prov. Wirt. tit. 17. §. 6. p. 37.
- b) Magnif. Dn. D. HOFMANN vel potius sub ejus præsidio Exc. Dn. D. BREYER in Diss. *de fidei commissio Serenissimæ Gentis Wirtembergicæ, in primis de Corpore dicto Cammerschreiberei-Gut. Tub. 1769.* §. 22. & §. 47.

### §. XVIII.

#### QVID SENTIENDVM SIT DE HEREDIBVS SVIS ET LEGITIMIS PRAECIPVE IN WIRTEM- BERGIA.

Ab hac gabellæ præstatione eximuntur fere communi-  
ter heredes sui & legitimi, si parentibus succedunt suis.  
Constat enim videtur magni ceteroquin nominis JCtis a) ex  
ipsis legibus, quod liberi, unam cum defuncto personam re-  
præsentantes, non tam hereditates parentum percipient, quam  
dominium potius continent, & liberam administrationem  
bonorum consequantur. I. II. *de liber. & posthum.* I. 6. §. 5.  
*de acq. vel omitt. heredit.* Utut vero hæc sese habeant, in  
mate-

materia tamen juris detraetus ex unico hoc Juris Romani principio argumentari vix audeo, licet idem & in juribus detraetui haud absimilibus, in Vicesima, puta, hereditatis Romanorum observatum olim fuerit. Inhærendum mihi potius videatur esse ipsis Germaniae moribus, ac consuetudinibus, cum nihil minus quam universaliter in gabellæ ab hereditatibus paternis detractione principium illud approbent, sed hanc mox jubeant, mox prohibeant. b) In Wirtembergia cerre in veterata obtinet observantia, c) vi cuius hereditates paternæ gabellæ detraetus subjacent, nec quidem, arbitror, sine omni æquitate, cum principium illud, quod videlicet hereditas paterna non sit hereditas, subtilitatem potius Romanam redoleat, neque ideo ulla amplius ratio supersit, cur hereditates istæ a detraetu immunes censeri debeant.

a) HARPPR. in Sæpe citato Vol. VII. consil. Tübinger. c. 10. n. 22.

WERNH. select. Obs. forens. P. 7. O. 55. & alii.

b) Illustr. Dn. ZOLLER in *Analectis de jure detractionis speciatim foro Saxonico accommodatis*. Lips. 1769. §. XXII.

c) Sæpe laudatus HARPPRECHT in cit. Vol. VII. c. 9. n. 20.

### §. XIX.

#### PERSONAE A GABELLA EXEMTÆ SVNT I. MILITES.

Ordo jam nos dicit ad personas illas, quæ ubique fere in Germania ex peculiaribus privilegiis immunitatem a gabella naetæ sunt. Prius autem, quam in iis recensendis progreedi licet, id præmittendum esse haud abs re duco, quod

C 3

privi-



privilegia ista in personam tantum concepta sint, nec ideo in heredes transitoria præsumi possint, nisi in ipsis etiam specialiter directa fuerint, cum non nisi intuitu personæ aut dignitatis dentur, quæ cum ipsa expirat morte. a) Primo jam loco nominandi videntur *Milites*, quibus maxima subinde ob summum vitæ, quod reipublicæ causa subeunt, periculum privilegia concessa sunt. Atque inter hæc, uti in multis aliis provinciis, ita etiam in Wirtembergia est immunitas a detractu, cum Rescr. d. 9. Mart. 1741. milites Wirtembergicos ex alieno territorio oriundos vel ex ea ratione a gabella eximat, quod nullibi domicilium sibi constitutum habeant, nec ideo tam facile hereditaria sua exportent bona. Per se igitur jam cadit immunitas hæc, si milites illi extra territorium domicilium suum pristinum reservarunt, aut novum plane constituerunt, cum cessante legis ratione cesseret & ipsa legis dispositio.

a) WERNH. in Oo. forens. P. X. o. 114.

b) De immunitate militum' Brædeburgicorum' a gabella testatur Ludewig in den Hallischen gelehrten Anzeigen P. II. 43. Stuk. p. 217. sqq.

### §. XX.

#### II. CLERICI TAM PONTIFICI, QUAM AUGUSTANÆ CONFESSIIONI ADDICTI ET IN SPECIE WIRTEMBERGICL.

Referri secundum huc merentur Clerici, quorum immunitatis a tributis apud Pontificios a) tantus favor est, ut ipsa

ipsa excommunicationis pena eos maneat, qui res aut personas Ecclesiasticas aliqua collectarum aut aliarum exactiōnum specie onerare annuituntur. l. 5. C. de Episcop. & Cleric. c. 7. X. de immunit. Eccles. arg. c. 4. X. de domib⁹ religios⁹. Nec minus apud Protestantes exemptione a detractus onere digni reputantur Ministri Ecclesiæ, cum ex communi eaque notissima Ddru m sententia b) ea in dubio præsumatur, nisi lex vel consuetudo particularis detractum apud illos inducat. Quæ vero cum utraque in Wirtembergia desiciat non est, cur amplius dubitemus, quin Ministri Ecclesiæ Wirtembergici a gabella derra ctus immunes sint. Cum autem privilegium hoc bona Clericorum mortuorum alio transferenda tantum concernat, ex alio prorsus fundamento decidi ea debet quæstio, an Serenissimi Ducis nostri Stipendiarii, qui apud Extberos munere Ecclesiastico aut alio in hereditatibus sibi in Ducatu delatis funguntur, immunitatis a detractu privilegio gaudeant, si regressum sibi in patriam reservarunt? Ipsa Praxis duo hic distingui vult Wirtembergica, utrum scilicet illi jus Civitatis remuerunt, & singulis annis præstationes civium (Burger-Geld) exsolverunt, an vero illud resignarunt? In priori casu gabella ipsis tanquam civibus in hereditatibus transferendis remissa est, in posteriori vero deducenda, quia resignatio Civitatis istos non potest non in numero extraneorum collocare. Reservatio enim regressus in patriam illum tantum operatur effectum, ut in suo obligationis erga Clementissimum Principem nostrum remaneant nexus, atque ideo in casu revocationis redire in patriam teneantur.

a) GE. FRID. HARPPR. in Vol. VII. t. X. n. II. & allegat. apud ipsum Scriptores.

b) LEYS. sp. 431. m. BOEHM. J. E. P. L. 3. t. 5. §. 174.

## S. XXI.

III. PROFESSORES ET ALIA ACADEMIÆ MEMBRA, IN SPECIE UNIVERSITATIS TUBINGENSIS.

Eodem cum Clericis immunitatis jure a detractu gaudent & Professores, & alia Academica membra, quæ studiorum causa ibi morantur. Fundamentum immunitas hæc suum habet in vulgatissima illa Auth. *Habita C. Ne filius pro patre*, cuius viridem observantiam communis Germaniae praxis a) testatur. Imo accedit haud raro, ut peculiaribus adhuc privilegiis circa immunitatem a detractu prospectum Academii sit. Ita obtinuit Universitas nostra EBERHARDINO-CAROLINA a Serenissimo Duce JOHANNE FRIDERICO per Rescr. dd. 18. Apr. 1613. privilegium immunitatis a detractu fere absolutum, cum non Professoribus tantum tam Ordinariis quam Extra Ordinariis, Syndico, ac Notariis Universitatis, sed ipsorum etiam liberis ac nepotibus concessa illa fuerit, exceptis tamen reliquis Civibus Academicis, qui vi ejusdem Rescripti gabellæ detractus subjacent. Vide sis ipsum Extratuum Rescripti hujus ad Senatum Academicum Tubingensem dati: „Zum siebenden die Nachsteuer belangend, ob wir mol genugsame Ursach, diß Orts das vvenigste zu begeben: Je doch vvolen vir alle Professores, Syndicum, und Notarios Universitatis deren Kinder, und Kinds Kinder des Abzugs hie mit befreyet haben. Die andre Cives Academicci aber alle, keine ausgenommen, sollen Uns die Nachsteuer, oder Abzug zu erstatten schuldig seyn.“ Atque in tranquilla, & non interrupta privilegiij hujus possessione conservata hucusque fuit Academia nostra, cum haud ita pridem, ut unico saltim exem-

plo

plo utar, nepos quidam Professoris b. SCHWEDERI, qui Esslingæ moratur, pro exempto a detractu, in hereditate ipsi delata declaratus fuit. Resol, Duc, ad Præfectum Tub. dd. 19.

Aug. 1763.

a) LEYS, sp. 431, m. 4.

### §. XXII.

#### IV. MINISTRI ET CONSILIARI PRINCIPUM.

Non postremum sed primum inter privilegiatas has personas locum occupant Ministri, & Consiliarii Principum, cum ipsorum & dignitas, & administrandæ Reipublicæ cura favore hoc jam dignos eos reddat. Atque hinc arbitror, quod privilegium hoc Consiliariis Actualibus datum potius sit, nec ad titulares, aut exterorum plane Principum Consiliarios extendi possit, nisi lex aut consuetudo particularis a detractu eos immunes velit.

Cum vero brevitas temporis, cui alligati sumus, plura scribere non sinat, liceat heic filium abrumpere, id unicum in votis habentibus, ut brevior hæc, quam de singularibus Potissimum detraetus Wirtembergici, quantum eorum copia haberi potuit, deditus, delineatio haud prorsus displiceat.



D

Ver-

## Verzeichniß und Bericht

Geistlich- und Weltlicher Stände des Heil. Röm. Reichs auch Adels - Personen, so mit unsrem Gnädigen Fürsten und Herrn, Herrn Friderichen, Herzogen zu Würtemberg &c. des Abzugs und Nachsteuer wegen, und nahmlichen also verglichen, daß auf zutragende Fäll von keines Unterthanen nichzt mehr abgefördert, und genommen werden soll, als vermög Befehls von Stutgärdt aus, uf den 13. Maij Anno 1551.

### GEISTLICHE STÄNDE.

Speur.	}	Bischoffen.
Augspurg.		
Straßburg.		
Wormbs.		

Abt zu Zwyfalten.

Das Frauen Closter Söflingen. Mit dem Commemthur <sup>zu</sup> Villingen, derselbigen zugehörigen Dörffern, auch Robrdorf und Dezingen sind sie also verglichen, daß von jedem Gulden mehr nicht als drey Kreuzer, zur Nachsteur, hinc inde genommen worden.

WELT.



## WELTLICHE STÄENDE.

Herr Herzog Ferdinand zu Oesterreich der Herrschaft Hohenberg halber.  
 Die churfürstliche Pfalz.  
 Herzog Hanß Pfalzgraf zu Zweybrück.  
 Vogtey Anhorn, dem Haus Oesterreich gehörig.  
 Grafen zu Fürstenberg, so viel Kirnberg Keizingen, und  
 Wolffacher Herrschaften betreffen thut.  
 Graf zu Hanau Liechtenberg.  
 Graf zu Helfenstein, außerhalb Wießensteig.  
 Graf zu Zimmern, so viel Oberndorf belangt.  
 Heinrich Freyherr zu Leinspurg für sich und seines Bruders  
 Schenk Christophs sel. Kinder.  
 Hannß Jacob Freyherr zu Mörsburg.  
 Fucker, so viel Sternfels betrifft.  
 Freyherr zu Brommelberg.  
 Herr zu Rappolstein,

## RITTERSCHAFT UND ADEL.

Hannß von Westerstetten zu Trakenheimb.  
 Wolff von Hortheimb.

D 2

Bern-



*Bernhard von Stein zum Reichenstein Niderstozingen.*  
*Harthausen und Ittenhausen.*  
*Peterskehr von Schwavarzenburg.*  
*Wiedergrün zu Stauffenberg.*  
*Engelbold von Kaltenthal.*  
*Buppel von Stein zu Emerkingen.*  
*Martin von Nippenburg.*  
*Gan Erben zu Meyenselß.*  
*Erasmus von Veningen.*  
*Die von Gemmingen betreffend Steinßfeld.*  
*Wolff Dietterich von und zu Stadion, und Arneck.*  
*Georg von Windeck.*  
*Carl von Adolphysheimb.*  
*Egloff von Schekheimb.*  
*Wilhelm von Gennckh und Uhrenbach.*

#### FREY-UND REICHS-STÄTT.

*Straßburg.*  
*Speyer N. hefts aber nit.*  
*Wormbs.*  
*Colmar.*

*Hagenau.*

29.

Hagenau.  
Schlettstatt.  
Offenburg.  
Statt Baaden.  
Bennigheimb und Erligheimb  
Bopphardt, im Stift Trier gelegen.  
Nördlingen.  
Badenburg.  
Statt Moltzheimb.  
Weyl der Statt.  
Statt Rinfelden.



D 3

PRAE-

PRÆNOBILISSIMO atque CLARISSIMO  
DOMINO CANDIDATO  
RESPONDENTI, AUCTORI HUJUS DISSE-  
TATIONIS INAUGURALIS DOCTISSIMO,  
COMMENSALI SUO HUCUSQUE  
SUAVISSIMO, S.P.D.

PRÆSES.


Obtulisti mihi Dissertationem Tuam inauguralem proprio  
marte conscriptam: *De Jure Detractus, speciatim Wirtem-  
bergico*, quæ Thematis æque præstantia ac ejus elaboratione fese  
non parum commendar; conjungit enim cum brevitate solidita-  
tem & elegantiam, & novum idemque luculentum Tuorum  
in Jurisprudentia profectuum, quos antea jam in Examinibus  
satis comprobaveras, exhibet Documentum, eoque laudabilius,  
quod, ut optime novi, aliis laboribus disticto, & præterea  
iter proxime instans paranti parum temporis relictum erat,  
quod elaboranda Tuæ Dissertationi impendere poteras. Plura  
quidem

quidem de hoc ipso Argumento utilissimo, & quotidie fere in  
obvio, dici potuissent, sed olim forsan opportuniori tem-  
pore, &c, si Acta publica inspiciendi facultas Tibi concessa  
fuerit, facilius supplenda.

Quod reliquum est, Te dimittere non possum, quin  
publicum addam Testimonium Tuæ, dum inter nos versa-  
reris, industriae morumque concinniorum, quibus Te omni-  
bus probasti. Precor DEUM T. O. M. ut non solum porro  
sua Tibi adesse gratia, sed etiam Te aliquando salvum atque  
sospitem, in solarium S. R. Domini Parentis, in Patri-  
am reducere velit. Dab. Tub. d. XXVII. Martii

MDCCLXXIII.





**ULB Halle**  
005 362 318

3



VD18





**Farbkarte #13**

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Purple	Light Blue	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Pink	Grey
Dark Purple	Dark Blue	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Pink	Black
Medium Purple	Medium Blue	Medium Green	Medium Yellow	Medium Red	Medium Magenta	White	Medium Pink	Medium Black
Light Purple	Light Blue	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Pink	Light Grey

Publ. 15. numm 17.

NAVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
E T R A C T V S  
SPECIATIM  
EMBERGICO

1773. 1.

QVAM  
A N T E D E O  
C T O R E  
BERHARDINO-CAROLINAE  
FICENTISSIMO,  
TENTISSIMO DVCE ET DOMINO,  
D M I N O  
R O L O  
ERGIAE AC TECCIAE rel. rel.  
RVM ORDINIS AVTORITATE  
PÆSIDE  
STOPHORO CANZ,  
QUE DOCTORE, HVJSQVE PROFESSORE  
IO, SERENISSIMI CONSILIARIO,  
TORE SVO PIE DEVENERANDO  
ADV DOCTORIS  
IART. MDCCCLXXIII.  
ICE TVEBITVR  
AVTOR  
RICVS ERBE, Neostadiensis,  
M, AC PHILOSOPHIÆ MAGISTER.

